Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31625
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

agnosceret. lupa conscia pudore confunditur. uoca
ta adest. caput prebet. et habet sensum indulte s
uenie sic pudore gessit errati. Tua hec uirtus χρ.
tua sunt hec miracula. Etenim qui in tuo nomine op
antur serui tui tua sunt. et in hoc ingemiscimus quod
maiestatem tuam fere sentiunt. homines non senti
unt. De anachoreta quem leena ducauit ad catulos
quos ipse illuminauit.

Nec enim autem hoc incredibile forte uideatur:
maiora memorabo. fides χρ adest me nichil
fingere neque incertis auctoribus uulgata narrare.
sed que mihi per fideles uiros comperta sunt explicabo. habi
tant plerique in heremo sine ullis tabernaculis quos
anachoretas uocant. uiuunt herbarum radicibus
nullo umquam certo loco consistunt. ne ab homi
nibus frequententur. Quas nox coegerit sedes habent.
Ad quendam ergo hoc ritu atque hac lege uiuentem duo
ex nitria monachi. licet longa et diuersa regione
tamquam olim ipsis in monasterii conuersatione
carus et familiaris fuisset. auditis eius uirtutibus te
tenderunt. Quem diu multumque quesitum. tandem mense
septimo reperiunt in extremo deserto. quod est men
phis contiguum demorantem. Quas ille solitudi
nes iam per annos duodecim dicebatur habitare. Qui
licet omnium hominum uitaret occursus. tamen ag
nitos non refugit. seque carissimis per triduum non nega
uit. Quarto die aliquantulum progressus cum prosequ
retur abeuntes. leenam mire magnitudinis ad
se uenire conspiciunt. Bestia licet tribus repertis non
incerta quem peteret: anachorete pedibus aduoluitur.
Et cum fletu quodam ac lamentatione procumbens. indica
bat gemitus pariter et rogantis affectum. Mouit omnes
et precipue illum qui se intellexerat expetitum. procedentem
secuntur. Nam preiens et subinde restans. subinde
respectans. facile poterat intelligi. id eam uelle.
ut quo illa ducebat anachoreta sequeretur. Quid multis?
ad speluncam bestie perueniunt. ubi illa adultos iam quinque
catulos male feta nutriebat. Qui ut clausis lu
minibus ex aluo matris exierant. cecitate perpetua te
nebantur. Quos singulos de rupe prolatos. ante anacho
rete pedes mater deposuit. Tum demum sanctus animad
uertit quid bestia postularet: inuocatoque dei nomine.
contrectauit manu lumina clausa catulorum. ac
statim cecitate depulsa apertis oculis bestiarum diu
negata lux patuit. Ita fratres illo anachoreta quam
desiderabant uisitato cum admodum fructuosa
laboris sui mercede redierunt. qui in testimonium
tante uirtutis admisse fidem sancti et gloriam χρ quem pro ipsos

esset testificanda uidissent. Mira dicturus sum leena
post dies v. ad auctorem tanti beneficii reuertisse eidemque
inusitate fere pellem pro munere detulisse. quam plerumque
sanctus ille quasi amminiculo circumtectus. non dedignatus
est munus per bestiam sumere. cuius alius potius interpretatur
auctorem. De fera que anachoretam medicinam edo(cuit)

Erat autem alteri anachorete aut(em)
in illis regionibus nominis illustre. qui in ea parte
deserti que sienis iungitur habitabat. Hic cum primum
se ad heremum contulisset. et uixisset herbis. herba
rumque radicibus quas per dulces interdum et saporis
eximii fert harena uicturus germinis ignarus
eligendi. noxia plerumque carpebat. nec facile erat
uim radicum sapore discernere. quia omnia eque dul
cia. sed pleraque occultiore natura uirus letale ha
bebant. Cum ergo edentem uis intima torqueret. et
immensis doloribus uitali uniuersa quaterentur. ac fre
quens uomitus cruciatibus non ferendis ipsam anime
sedem stomacho iam fatiscente dissolueret. omnia
penitus que esset edenda formidans septimum iam
ieiunus diem spiritu deficiente ducebat. Cum ad eum
fera cui ibicis nomen est accessit. Huic prope astanti.
fasciculum herbarum quem collectum pridie attingere non
audebat obiecit. Sed fera que uirulenta erant ore
discutiens. que innoxia nouerat eligebat. Ita
uir sanctus eius exemplo quid edere. quid respuere debe
ret edoctus. et periculum famis euasit. et herbarum
uenena uitauit. Sed longe est de omnibus qui heremum
incolunt. comperta nobis uel audita narrare. Annum
integrum et fere septem menses intra
solitudines constitutus exegi. magis uirtutis admi
rator aliene quam quod ipse tam arduum atque diffici
le potuerim temptare propositum. Sepius enim cum sene
illo qui puteum et bouem habebat habitaui. De ana
choreta qui humanos conspectus uitabat.

Duo beati antonii monasteria adii que hodie
ab eius discipulis incoluntur. Ad eum et locum
in quo beatissimus paulus primus heremita est diuersatus.
accessi. Rubrum mare uidi. iugum syna montis cuius
summum cacumen celo pene contiguum. nequaquam ad
iri potest. Inter huius recessus anachoreta esse aliquis
ferebatur: quem diu multumque quesitum uidere non po
tui. qui fere iam ante quinquaginta annos a conuer
satione humana remotus. nullo uestis usu setis
corporis sui tectus nuditatem suam diuino munere
uestiebat. Hic quotiens eum religiosi uiri adire
uoluerunt. cursu auia petens congressus uitabat hu
manos. Uni tantummodo ferebatur se ante quinquennium